COROLLARIA.

I. *Lactis in mammis praesentia, vt & mensium defectus, absoluta violatae virginitatis signa non sunt.*

II. *Sanguinem menstruum ex arteriis, non vero venis, fluere necesse est.*

III. *Adeoque non vt impurum, recrementitium, aut venenatum, sed satis bonum, floridum sanguinem, ex quo grauiditatis tempore nutrimentum suum capit foetus, reiici manifeste constat.*

IV. *Qui morborum omnium cognitionem ex matulae inspectione posse exhauriri asserunt, aegros fallunt & agyrtas se esse demonstrant.*

V. *Animalcula, quae in spermate dantur, prius reperiri in sanguine, eademque sui generis animalcula generare, statuo.*

VI. *Fingere in abdomine liquidum, illudque vesicam alluere, fingere in illa poros varios, per quos transiret illud liquidum, cum contra circulationis veras leges sit, absurdum nec minus falsum esse iudico.*

VII. *Anatomia medico digna est & necessaria.*

VIII. *Botanica pulchra & plurimum vtilis.*

IX. *Chirurgiae cognitio medicum perfectiorem reddit.*

X. *Chemia cum physica experimentali iucunda scitu & colenda.*

XI. *Pharmaciae & materiae medica notitia maxime necessaria.*

XII. *Theoria mechanicae simplicitati, & simplici veritati innixa praeferenda.*

XIII. *Praxis simplicissima felicissima est, & omnium optima.*

XIV. *Vniuersalia autem specifica non dari assero.*

F I N I S.